

**Oratio Angeli Anachorite Vallis
umbrosae pro Concilio
Lateranensi.**



**Contra
Conuenticulum Pisanum.**

Epistola Iulio. II. Papæ Romano œcomenicoq.

Angelus peccator Anachorita Vallisumbrosæ/ Beatissi-
mo Papæ Iulio perpetuam Salutem. Mitto Sanctitati
tuæ: quæ in odium & ruinam Conuenticuli Pisani / in fauor-
emq; & patrocinium tuum & sanctæ sedis Apostolicæ/ in præ-
sentia descripsimus: quæq; in lucem in populorū plebiumq;
iudicio cōmisimus. Nec uelim admireris mi/ ecclesiarumq;
pater optime/ orationem hanc meam/ non obseruatā in tem-
pore oportuno. Quoniam cum ad aures peruenisset meas
Conciliabulum Pisis initium cōcepisset: ne notarer ignauia:
ne obprobrium daretur deo meo: q; canes ciuitatis: canes sub-
urbani: canes alpestres tacerent dormitarentq;: meum statim
(periculis & persecutionibus neglectis) uolui sanctæ matri
meæ Romanæ ecclesiæ (quod potui) concessisse præsidium
meq; illi in principio opponere: cum dictum sit: Principiis
obsta: eiusq; uires meis scriptis/ meo iudicio/ meaq; senten-
tia infringere eneruare: & quantum in me est prosternere.
Errantesq; fratres monere/ suum scelus eis pandere/ eosq; in
uiam iustitiæ & ueritatis hortari continere: seu quos oportet
restituere. Timui in super Pater sancte/ cum ego sim mi-
nimus christianorū/ in Concilio Lateranensi. in confessu tan-
torum patrum/ orandi locum mihi omnium infimo merito
denegari: dicens mecum. Quis sum ego? Si tamen dabitur
(mihi crede) audies mordacem in Scismaticos bestiam/ nō
sine strepitu sua uerba resonantem. Cœterum te scire percu-
pio/ omnes ecclesiarum prælatos: cunctumq; catholicum po-
pulum/ clericos/ monachos/ anachoritas/ totamq; œcomeni-
cam Ecclesiam te sequi: te colere: te uenerari: teq; ad mortē
tuam sic petentibus meritis uenerabiliter obseruare. Omnisq;
creatura clamitat *Viuat Iulius. Vale. Ex heremo Vallisum-
brosæ. Sexto Idus Septembris. M. D. XL.*

Oratio Angelī Anachoritæ Vallisumbrosæ pro
Concilio Lateranenſi.

Dicturus hodierna die de re christiana Bea-
tissime pater: Tuq; sacer Senatus dñici gre-
gis/ cum inuoco primipotentem deū: quē
in personarum trinitate/ & in deitatis unitate confi-
stere profitemini. Cum eorū patrū auctoritate: quo-
rum nomina scripta sunt in celis/ sacro canone sanc-
tum sit/ in surgētib9 in uinea dei/ in siluaq; euange-
lica lupis rapacibus/ mordaces canes euigilādos im-
mittendosq;: & si multos ad hoc aduentasse credide-
rim/ dei tamen spiritu soporatus/ ex asperrimis alpi-
bus e dulci solitudine (iminentibus huiusmodi non
paruis catholicæ Ecclesiæ periculis) ad latrandum/
ad mordendū tractus sum. Mordacibus igit̄ uerbis
meisq; latratib9: quisquis es seu Miles/ seu Dux/ aut
Imperator/ tua pace/ equoq; animo tuo conquiesces.
Et si multa in huius sacro Conuentu contemplanda
sint diue Iuli/ tuq; Senatus sanctissime: In primis ta-
men demonstrandum censeo/ non ad Reges/ nō ad
ipsum Imperatorem cōuocandi cecomenici Concilii
onus pertinere. Deinde/ nec ad sacrosanctæ Ro. Ec-
Cardinales his temporibus/ rebusq; sic stantibus spe-
ctare potuisse. Mox nuntiandū solius esse Romani
Antistitis Concilia congregare. Postmodū declaran-
dos eos Scismaticos: q; Pisis Conciliabulū/ seu diabo-
li synagogā temerarie pcurarūt. Postremo/ nōnulla
quæ mei ingenioli uiribus in huius sanctæ uniuers-
salis Eccle. reformatione emēdatione & correctione
digna iudicata sunt. Præstet igit̄ Sāctitas tua: uosq;